

nostre iure foundationis subiecta est, cum voluntate nostra et unanimi consensu conventus sui indigentie necessitate compulsus possessiones in Guernestede eidem ecclesie attinentes pro restitutione rerum ecclesie sue, que negligencia et dilapidatione antecessoris sui dampnose distracte fuerant, pro c fere et xxx marcis mediante illustri Ottone marchione Misnense Portensi vendidit ecclesie. Persolvunt autem eadem possessiones singulis annis circa viii talenta. Sane omne ius advocatie super ipsas frater noster carnalis comes Teodericus de Wirbene in manus nostras resignavit, quod et nos mediante iterum predicto marchione Ottone Portensi ecclesie in perpetuum contulimus. Ut igitur huius venditionis constitutio rata in perpetuum habeatur, nos hoc ipsum sigilli nostri et prenominati abbatis inpressione roboramus auctoritate nostra sub vinculo anathematis districtissime prohibentes, ne qua in posterum spiritalis secularisve persona huic nostre constitutioni aliquatenus obviare aut contradicere presumat. Porro ut huius nostre cautionis traditio firmior in posterum permaneat, idoneorum testium subscriptione communita est. Sunt autem hii. Bernardus dux Saxonie. Adelbertus filius marchionis Ottonis. Marchio Teodericus. Comes Teodericus de Wirbene. Comes Sifridus de Orlamunde. Egegolphus et frater suus Conradus de Witin. Fridericus de Owenburch. Swidegerus de Longo Ponte. Adelbertus de Kőnegesdal. Ernestus de Zelezen et filius eius Ernestus. Conradus de Batin. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini m̃clxxxiī, non. sept., indictione i. Theodericus Bremensis decanus recognovit. Completa sunt hec in Zelezen situm trans Bosowe^a).

20

(SD.)

477.

Kaiser Friedrich I. bestätigt der Stadt Worms die ihr von K. Heinrich IV. und K. Heinrich V. ertheilten Privilegien hinsichtlich des Erbrechtes der Ehegatten wie der Zollfreiheit und vermehrt dieselben durch Aufhebung des Hauptrechtes. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Strassburg, 1184 Jan. 3.

25

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Worms. Eine Goldbulle hängt an rother Seide = Heffner V. 34. 35.

Gedr.: Stumpf, Acta imperii 220. Stumpf 4369.

Anm.: Die Zeugen dürfen sich auf die Handlung beziehen. Unter ihnen wird weder der Bischof, noch sonst ein auf Straßburg deutender Zeuge genannt. Dagegen sieben aus Worms, während doch kaum anzunehmen ist, daß eine Anzahl wormser Domherren den Kaiser zu Straßburg aufgesucht haben sollte. Vergl. Ficker, Beiträge 1,255.

30

— — Huius rei testes. Henricus Romanorum rex augustus. Cūnradus Moguntinus archiepiscopus. Cūnradus Wormatiensis episcopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Cūno Ratisponensis episcopus. Dietherus maior prepositus Wormatiensis et Reinhardus decanus. Rūdulfus Wormatiensis ecclesie canonicus et imperialis aule prothonotharius. Fridericus dux Svevie. Ludwicus langravius Thuringie. Cūnradus palatinus Rheni. Wernherus de Bonlant et filius eius Phylippus. Dudo camerarius Moguntinus.